

ownium honorum pulchritudine. Innixa super dilectionem, omnia, quae habet ad gratiam dilecti referens. Suum, quem mihi soli mittendum putabam.

5. Sub arbore malo suscitavi te. Sub arbore crucis a perpetua morte revocavi te, ut apostolos et easteros et eos ex Iudea. *Ibi corrupta est matr tua, ibi violata est genitrix tua.* Id est, major plebs, Christum negando, et Barabham eligendo, reprobata est. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* Ut dixi ob memoriam 206 cujuslibet rei signum aliquid ligamus. Per cor cogitatio, et per brachium designatur operatio. Si me velis habere sponsum, intus charitas fide non sicut sit, et foris operatio devoia.

6. Quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio. Fortis est usque ad mortem mea dilectio in te, o Synagoga; sed tua amulatio dura in me sicut infernus. Sed verte amulacionem in dilectionem, et eris nihil sponsa sponsa. Lampades ejus lampades ignis atque flammarum. Dilectionis lampades corda sunt fideliom; ignis, propter fervorem cordis; flammarum, propter operationis efficaciam.

7. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obrueant illam. Aquas multas et flumina, tentationum dicit incursum que visibiliter, seu invisibiliter, animas fideliū impugnare non desinunt, quibus charitas non cedit. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Sancti vere totius dominus sua substantiam pro dilectionis magnitudine quasi nihil despiciet aut.

8. Soror nostra parva est, et ubera non habet. Prima nascentis Ecclesie de gentibus tempora designat, quando adhuc et parva fuit numero, et minus idonea praedicare verbum Dei, qua si sponsus Synagoge dixisset de ea: *Quid faciemus sorori nostræ in die, quando altoquenda est?* Aci aperte dicit: Parva quidem numero est Ecclesia gentium, et necedum verbi ministerium subire sufficit. Quis ergo tibi vindetur, o Synagoga, de sorore faciendum nostra, quando altoquenda est, id est, per verbi ministerium ducenda in fidem? Synagoga tacente, ipse sponsus quid fieri debeat respondet.

9. Si murus est, adificemus super eum propugnacula argentea. Aci diceret: Si aliquos habet in se fortes fide, ingenio claros, vel philosophia instructos, addamus illis propugnacula argentea, id est, scientiam divinarum Scripturarum, ut eo fa illis possint tutari infirmos atque indoctos. Si ostium est, compingamus illud tabulis cedrins. Si sunt simplices, tamen docendi studio inhiantes, proponamus illis priorum exempla justorum, quo certius et efficacius

7. In Vulgata, aquæ multæ non potuerunt.

A docendi opus implere possint. Cedri virtutes sanctorum et tabule latitudinem charitatis designant. Ad hanc ipsa respondet Ecclesia.

10. Ego murus, et ubera mea quasi turris. Ex quo facia sum carum eo quasi parem repertens, ego de vivis compacta sum lapidibus, et glutino charitatis adunata, et super fundamentum immobile adscita. Ubera, il est, doctores fortissimi, seu turris, qui et parvulos nutrire sciunt, et omnia maligni expellere; et hoc mihi accidit ex eo tempore quo Christus me reconciliavit, et per eum pacem reperi.

11. Vinea fuit pacifco meo in ea quæ habet populos. Vinea, id est, catholica Ecclesia fructu abundantis fidei fuit pacifice, id est, Christo, quia omnia pacificavit in coelis et in terrenis, in ea congregatione quæ multis populus possidet ex toto orbe, non Iudea solum. Traditur ea custodibus prophetis, vel apostolis, vel angelicis potestatibus et dignitatibus.

B 207 12. Vir autem pro fructu. Id est, retributione æternæ hujus vineæ. Affert mille argenteos. Id est, pro acquisitione regni coelstis, qui est fructus vineæ, cuncta quæ mundi sunt reliqua. Milenarius numerus pro perfectione ponitur. Id est, qui omnia reliquit. Argentei pro omni pecunia accipiuntur. Vineæ mra coram me. Vox sponsi. Verumtamen, et i te a iis commendem eu-todibus, tamen te semper in mea habebo præsentia, videntes et remunerans laboris mei devotionem in omnibus. Mille tui pacifici. Mille tui, subauditur, argentei. Quasi dixisset: Qui amore meo cuncta sua dimittit, in pace erit, quia omnem substantiam suam, que milenario designatur, pro charitate Dei amittit.

13. Et ducenti (id est) his qui custodiunt fructus ejus. Qui sunt doctores sancti, qui omnia mundi dimittunt, et in verbo predicationis laborare non cessant, hi duplice remuneraione, que ducentario designatur, dmantur apud me. Quæ habitat in hortis, amici auscultant. Quia locutio nostra finienda est, hoc ultimum vale a me auditio. Semper habita in hortis virtutum; et scita quia amici, id est, angelici spiritus et animæ sanctiorum, semper te considerant, et tuo gaudent aspectu. Fac me audire vocem tuam. Id est, vox predicationis tue, dum vales, semper audiatur a me.

14. Fuge, dilecte mi. Aci aperte dicit: Quoniam, in carne apparet, præcepta mihi ac dona vita cœlestis conferre dignatus es, nunc his peractis, revertere in sinum Patris, omni dilectio. Assimilare capreum, huiusmodique cervorum super montes aromatum. Et hoc mihi sit solatium, quia continua visione te nequeo cernere, saltem crebra visitatione me consolari memento.

APPENDIX VII.

DE CONFLICTU VITIORUM ET VIRTUTUM.

4. Apostolica vox clamat per orbem, atque in procinctu fidei positis ne securitate torqueant dicit: *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur* (II Tim. iii, 12). Et ecce quia Christianitas etiam in suis principiis jam religiosa jamque fidelis est, desunt pie viventibus in Christo Jesu vincula, verbora, flagella, carceres, equulei, cru-

D ces, et si qua sunt diversorum genera tormentorum; quomodo ego verum erit quod per Apostolum sonuit, ut omnes pie viventes persecutionem patientur? an forte nemo pacis tempore vult pie vivere in Christo Jesu, et ideo desunt ista? Quis hoc vel desipiens dixerit?

opus emendavit, sed nullas notas aut varias lectiones apposuit. Maurini inter appendices operom sancti Angustini libellum hunc reposuerunt, discrepantia lectionis aliquibi notata. De titulo libri videri possunt commentarii nostri ad Psychomachiam Prudenii, ejusdem argumenti et tituli carmen egregium.

Num. 4. In Isidorianis, cap. 84, n. 20 et seqq., de hoc libro dissurui, quem alii sancto Joanni Chrysostomo, alii sancto Augustino, alii sancto Ambrosio, alii sancto Isidoro, alii sancto Leon Magno, alii Ambrosio Auteperto ascribunt. Cajetani monitum ad hunc librum descripsi, Editiones et Codices mss. recensui. Pro Editione Grialii Cyprianus Suarez

208 2. In hac ergo Apostoli sententia non spe-
cialis quorundam, sed generalis omnium persecu-
tio debet intelligi. Et quidem sunt multi intra sinum
matris Ecclesiae constituti, qui pie viventes in Christo,
contumelias afflictuntur, opprobris, injuriis, deriso-
nibusque lacessuntur. Ista vero est illa generalis
persecutio, quam Apostolus omnes pie viventes in
Christo pati descripsit? Non facile dixerim, cum
sint quidam religiosi, quibus nemo pravorum an-
deat in faciem derogare. Alia ergo intelligenda est
qua immanior et magis noxia est, quam non mortali-
sis intorquet severitas, sed vitiorum gignit adver-
sitas.

3. Dum enim contra humilitatem superbìa, contra
veram religionem simulatio, contra subjectionem
pugnat contemptus, contra Domini timorem inanis
gloria, contra fraternali congratulationem invidia,
contra dilectionem odium, contra libertatem justæ
correptionis detracatio, contra patientiam ira militat,
contra mansuetudinem protertia, contra satisfac-
tionem tunor, contra spirituale gaudium saeculi tristitia,
contra virtutis exercitium torpor, vel ignavia,
contra firmam stabilitatem dissoluta vagatio, contra
spei fiduciam desperatio, contra mundi contemptum
cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra
innocentiam fraudis, vel furium, contra veritatem
fallacia atque mendacium, contra eiborum parcimo-
niam ventris ingluvies, contra moderatum mœrem
inupta laetitia, contra discretam taciturnitatem multiloquum,
contra earnis intregritatem immunditia
atque luxuria, contra cordis munditiam spiritualis
fornicatio, contra amorem patriæ coelestis app-
petitus saeculi præsentis opponens semet immer-
git, quid aliud quam crudelis pie viventium per-
secutio aduersus conglobatas virtutum acies de-
savit?

4. O quam dirus, o quam amarus est superbìa
congressus, que angelos de cœlo projicit, homines
de paradiso ciminavil; cujus exercitus, atque ar-
morum conflictus, vitia sunt, quæ breviter compre-
hensa tetigimus! Sed videamus qualiter castra cœli
et inferni dimicent, arma Christi et diaboli collisa
decerent.

5. (*Superbia:*) Certe multis, imo etiam pene
omnibus melior es verbo, scientia, divitiis, honoribus
et cunctis quæ vel carnalibus, vel spiritualibus
suppetunt charismatibus; cunctos ergo despice,
cunctis temetipsum superiorem ostende.

6. (*Humilitas:*) Memento quia pulvis es (*Gen.*
m. 19), quia cinis es, quia putredo et vermis es,
quia etsi aliquid es, nisi tanto te humilies, quanto
magnus es, perdes omnino quod es. Nunquid tu
altior quam prius angelus? nunquid in splendidior
in terra quam Lucifer in cœlo (*Eccli. iii. 20*)? Quod
si ille de **209** tanta sublimitate per superbiam
cedidit, quomodo tu ad coelestem celsitudinem su-
perbiens de imis concendas, qui illa, quandiu hic
vivis, conditione teneris, de qua per quendam sapientem
dicitur: *Corpus, quod corrumperit, aggra-
vat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum
multa cogitantem* (*Sap. ix. 15*)?

7. Quam densissimis putamus in terra superbìæ te-
nebris luum nostrum involvi, si potuit in cœlo stel-
la, quæ mane oriebatur (*Isai. xiv. 12*), lucis suæ
globos amittere? Audi ergo potius lucem veritatis
dicentem: *Qui sequitur me (inquit) non ambulat in
tenebris, sed habebit lumen, vita* (*Joan. viii. 12*). In
quo autem ipsa esset sequenda, alibi premonuit, di-
cens: *Discite a me quia mitis sum et humili corde,
et invenietis requiem animabus vestris* (*Matth. xi. 29*).

2. Mortalis; alii, materialis.

3. Opponens; al., oppugnans.

4. Elimina it; al., exterminavit; al., minavit. Pro-
collisa, al., consilia.

5. Per quendam sapientem. Ita etiam infra. Quam
lucutionem Ambrosii Autperi propriam Maurini

A 8. Audi, tumor superbìæ, audi dicentem ad hæc
humilitatis magistrum: *Omnis qui se exaltat humiliabitur,
et qui se humiliabit exaltabitur* (*Matth. xxi. 12*); et illud: *Super quem requiescat spiritus meus, nisi
super humiliem, et quietum, et trementem sermones
meos* (*Isai. LXVI. 2*)? Audi quid etiam de illo Aposto-
lus dicat, qui te ad sectandam humilitatem invitat.
At enim: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam
arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exi-
nivit, formam servi accipiens, in similitudinem ho-
minum factus, et habitu inventus ut homo; humiliavit
semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mor-
tem autem crucis* (*Philipp. ii. 6, 7*). Si ergo tanta
humilitate se deprimit divina majestas, quomodo
superbiæ in aliquo debet humana intrinxtas?

9. (*Inanis gloria:*) Age bonum quod vales;
ostende cunctis bonum quod agis, ut bonus dicaris,
ut sanctus et venerabilis ab omnibus prediceris, ut
tanquam Dei electus noscaris, ut nemo te contemnat,
nemo te despiciat, sed universi debitum tibi hono-
rem persolvant.

B 10. (*Tinor Domini, intentio recta:*) Si quid boni
aliquando agis, non pro transitorii, sed pro aeternis
id honoribus age; absconde quod facis, in quantum
potes; quod si ex toto non vales, sit in corde tuo
occultandi voluntas, et non erit de ostentatione ultra
temeritas, nec criminis erit aliquando manifestare
quod semper vis celatum habere. Sic denique duas
Redemptoris sententias sibi quasi contrarias vide-
beris adimplesse, quibus dicitur: *Faciente te eleemo-
synam, nesciat sinistra tua quid facial dexter tua, sed
eleemosyna tua sit in abscondito, et Pater tuus, qui
videt in abscondito, reddet tibi* (*Matth. vi. 3*). Et: *vi-
deant vestra opera bona, et glorificant Patrem vestrum,
qui in cœlis est* (*Matth. v. 16*).

C 11. Cave prorsus ne illa sententia tibi conveniat,
qua de hypocritis dicitur: *Omaia opera sua faciunt,
ut beatificantur ab hominibus; amen dico robis, rece-
perunt mercedem suam* (*Matth. vi*). Attende tibi in
cunctis quæ agis, ne cenodoxia elatione pulsatus
cum his qui etiam de miraculorum signis gloriabantur
audias: *Videbam Satanam, sicut fulgor, descend-
tentem de cœlo* (*Luc. x. 18*); sed time, nam scriptum
est: *Tinor Domini gloria, et gloriatio, et lætitia, 210
et corona exsultationis* (*Eccli. i. 11, 17*). Tinor Domini
delectabit cor, et dabit lætitiam, et gaudium, et
longitudinem dierum. Timenti Domini bene erit in
extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur. Et
infra: *Radix sapientiae timere Dominum, et rami illius
longitudine dierum.*

12. (*Simulatio:*) Quia nihil boni in abscondito
facis, ne a cunctis cognitus detesteris, singe te foris
quod intus esse non appetis.

D 13. (*Vera religio:*) Nequam omnino id agas,
sed magis satage bonus fieri, quod non es; nam
ostendere hominibus quod non es quid aliud quam
damnatio est? Memor esto itaque quod dicitur: *Væ
vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, qui mundatis
quod deforis est culicis et paropsidis; intus autem
pleni estis rapina et immunditia* (*Matth. xxiii. 25*).
Pharisæe cœœ, munda prius quod intus est culicis
et paropsidis, ut fiat mundum quod deforis est.

14. Itemque illud quod in Evangelio inueniendo
repetitur: *Væ vobis, Scriba et Pharisæi hypocritæ,
quisimiles estis sepulcris dealbatis, quæ foris apparent
hominibus speciosa, intus plena sunt ossibus mortuo-
rum, et omni spurcitum; sic et vos deforis quidem appa-
retis hominibus justi, intus autem pleni estis hypocritæ et
iniquitate* (*Ibid. 26-28*); nec non et illud, quod de talibus
scriptum est: *Venient ad vos in vestimentis ovium,*

existimant.

E 15. *Tibi conveniat; al., te conveniat.* Et mox, mer-
cedem suam ab hominibus laudes, quas amaverunt. At-
tende, etc. Infra, post *Corona exsultationis*, alii alia
adduct ex eodem loco Ecclesiastici, quæ pluræ omit-
tunt.

intrinsecus autem sunt lupi rapaces (*Math. vii, 15*). Aeat, quoniam tenebræ obcæcerunt oculos ejus (*I Joan. ii, 11*).

45. (*Elatio*) : Qualis es tu, ut pejoribus obtemeres, deterioribus famulatum exhibeas? te magis quam illos ducuerat imperare, qui tibi non possunt ingenio, vel industria, aut viribus coequari. Obtempera igitur imperio Dei, et non sit tibi ulterius cura de alio.

46. (*Beata submissio*) : Si Dei obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio; ipse enim dicit: *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit* (*Luc. x, 16*). Ita (inquit) oportet, sed si talis qui imperat esset, non est talis per quem Deus imperat. Sed Apostolus contra: *Non est potestus nisi a Deo; quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt; itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*. Quales enim esse debeant hi qui imperant, non est subditis dissentendum.

17. Et quidem primis Ecclesie pastoribus Dominus dicit: *Scitis quia reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem exercent inter eos benefici vocantur; vos autem non sic, sed qui vult in vobis esse major, erit omnium servus; sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam pro multis* (*Math. xx, 25*). Sed tamen quia non omnes tales futuros prævidit, subjectorum omnium personas in die pulis assumens, præmonuit dicens: *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi, quæcumque dixerint vobis, facite: quæ autem faciunt, facere nolite* (*Math. xxiii, 2*).

18. (*Invidia*) : In quo illo vel illis minor es? ergo eis vel aequalis, vel superior, non es? Quanta vales quæ ipsi non valent? non ergo tibi aut superiores, aut etiam aequales esse debent.

19. (*Fraterna congratulatio*) : Si ceteros virtutibus antecellis, tuus in loco infinito quam in summo temetipsum conservas; sape enim de alto peior sit ruina. Quod si tibi, 211 ut asseris, quida in superiori vel aequali sunt, quid te fædit? quid tibi nocet? cave prorsus, ne dum atilis locum invades celsitudinis, illum imberis, de quo scriptum retines: *Incidia diaboli mors intravit in orbem terrorum; imitantur autem illum qui sunt ex parte illias* (*Sap. ii, 24*).

20. (*Odium*) : Absit ut illum aimes quem in omnibus contrariorum habes, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te conviciis exasperat, qui tibi peccata tua improperat, qui te dictis, operibus atque honoribus semper præter festinat? nisi enim tibi myidere, nequ quam se ita præferret.

21. (*Vilectio*) : Nunquid quia hæc que narras odio habenda sunt in homine, propterea non est amanda Dei imago in homine? sicut Christus, qui in cruce positus inimicos suos dilexit, et ante crucis tormentum admonuit dicens: *Dilegit inimicos vestros, et benefacite his qui oderunt vos, et orate pro se sequentibus et columbianis vos, ut sit s filii Patris vestri qui in cælis est* (*Math. v, 44*). Et sicut per Salomonem et apostolos dicitur: *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si siti, potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus* (*Proverb. xxv, 21*).

22. Cui sententiae Apostolus ex proprio subjunxit dicens: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum* (*Rom. xii, 20, 21*); quod contra de his qui fratres odisse noscauerat per Joannem dicitur: *Qui odit fratrem suum homicida est; et scitis quia omnis homicida non habet vitam aeternam in se manentem* (*I Joan. iii, 15*). Et rursus: *Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, et in tenebris est usque adhuc, et nescit quo*

43. Ad marginem: *Elatio objicit; al., inobedientia dicit.*

46. *A Deo ordinata*; al., cum Vulgata, *Rom. xiii, 1, A Deo ordinata*.

21. *Per Salomonem et apostolos*; al., *per Salomonem apostolum*.

25. At (inquis) sufficit mihi quod amantes me diligunt. Sed Dominus e contrario: *Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne et Publicani hoc faciunt* (*Math. v, 41*)? Quid tu ad hæc objicere vales? Certe: *Qui odit fratrem suum, manet in morte; et qui dilgit, in Deo manet, et Deus in eo*. Omnes ergo amaritudinem felis evone, et quoquo pacto valueris, charitatis dulcedinem sume; nihil enim scavius, nihil illa beatius est, *Deus* (inquit Joannes) *charitas est* (*I Joan. iv, 16*); et *egregius* *prædicator*: *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* (*Rom. v, 5*). Ude neque immerito delictorum facinora tege director; sicut scriptum est: *Universa delicta operit charitas* (*Proverb. x, 12*).

24. (*Detraction*) : Quis poterit sustinere, quis silentio tegere, quantum ille, vel ille prava committit, nisi forte qui consentit?

25. (*Libertas justæ correptionis*) : Nec tacenda sunt mala proximi, ne consentienda, sed charitate fraterna in faciem proximus est redarguendus, non autem occidente detrahendus. Quot si objiciunt: Idcirco fratrem coram oculis increpare nolle, ne exasperatus non correptione proliciat, sed magis ex correptione scandalum sumat, occurrit Scriptura divina, et versa vice hoc magis scandalum esse denuntiat, dicens: *Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum* (*Psal. xlix, 20, 21*).

26. (*Discreta correption*) : Majos enim scandalum sumit, qui sibi detrahente intelligit, quam qui corripiunt in sostinet, et quia nonnunquam errata delinqüent ad tempus silentio legenda sunt, ut a priori tempore corrugantur, subpunguntur: *Hæc fecisti, et tacui*. Ne autem ex hoc discreto silentio detractores sibi plauderent, quoniam dum semper occulte deregare malunt, nonquam in aperto increpationem prosunt, adhuc subinfertur: *Existimasti inique, quod ero tibi similis; aesi diceretur: Iniquum est cogitare ut inde detractor similis appaream, unde ad tempus retineam, nec derogans, locum apte correctionis exspecto; unde et profitis subditur: Arguam te, et statuam contra faciem tuam, velini dicere: Non in occulto, ut est tua consuetudo, sed in aperto, ut est mea sollicitudo, aptum corripiendi tempus exspectans, peccatorem arguam, et ejus delicia contra faciem illius statuam*.

27. At (inquis) non odi, sed amo, quem ita in absconditis dijudicans reprehendo. Imo magis hunc odis, et non diligis; unde detrahis, et non corrigis. Quia si sit autem detestanda secretatio proximi, plerisque in locis Scriptura divina testatur; unde est illud: *Detrahentem aduersus proximum suum occulte, hunc persequar* (*Psal. c, 1*); et illud: *Qui detrahit fratrem, detrahit legem* (*Jac. iv, 11*); illud tamen: *Qui detrahit fratrem, eradicabitur; nec non et illud Apostoli Pauli: Vide te, ne dam in vicem mordetis, ab in vicem consumantini* (*Gal. v, 1*).

28. (*Ira*) : Quæ contra te agnunt aequanimiter ferri non possunt, immo patienter tolerare peccatum est, quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra deinceps sua mensura cumulabuntur.

29. (*Patientia*) : Si passio Redemptori, ad mentem reducitur, nullum est quod non aequo animo tolleretur. *Christus enim* (ut ait Petrus) *passus est pro nobis, nobis relinquebat exemplum, ut sequamur vestigia ejus* (*I Petr. ii, 21*). Ipse autem dicit: *Si patremfamilias Bezebub vocaverant, quanto magis d-mem*

25. *Egregius prædicator*. Illoc quoque Ambrosii Autpertii proprium Maurini agnoscunt. Nonnulli contra MSS. addunt *Paulus*.

29. *Ille enim, etc.* Sic Autpertus, l. i in Apoc., cap. 7, ut notarunt Maurini.

sticos ejus (*Matth. x.*, 25); si me persecuti sunt, et vos persecutur (*Joan. xv.*, 20, 25). Sed quanta sunt in comparatione passionum illius quae patimur? illi enim opprobria, irrisiones, contumelias, alapas, spuma, flagella, spineau coronam, crucemque sustinuit; et nos miseri ad nostram confusionem uno sermone fatigamur, uno verbo dilectum.

30. Et quid agimus de eo quod dicitur: *Si non compatumur, nec corrugabimus* (*II Tim. ii.*, 12)? Quapropter retundendi sunt irae stimuli, et ejus metuenda damnatio; unde scriptum legimus: *Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio; qui uitem dixerit fratri suo: Rache, reuerterit concilio; qui auem dixerit: Fatus, reus erit gehennae ignis*. Ihi tamen remedium inventur ex eo quod subditur: *Si offensus munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quod frater tuus habet aliquid adversum te, relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum* (*Matth. v.*, 22, 23).

31. Aesi aperte diceretur: *Nec in corde tacitam precer effundas, nisi prius 213 offendum proximum satisfaciendo ad lenitatis mansuetudinem perdueras; munus enim nostrum est oratio nostra, altare vero nostrum est cor*. Ille autem qui hoc facere, quonies inter duos sine causa ira fuerit excitata, studierit, promissam damnationem nequaquam incurret. Sed sunt multi qui petenti sibi veniam deleta non remittunt, contra quos illa Domini sententia venit, qua dicitur: *Si non dimiseritis hominibus peccata eorum de cordibus vestris, nec Pater vester caelestis dimittet vobis peccata vestra* (*Matth. vi.*, 44).

32. Plura sunt (inquis) quae commisit, et me saepius offendit. Ad haec non ego, sed Dominus respondet. Nam cum Petrus ad eum diceret: *Quoties peccabit in me frater meus, et dimittam ei? usque septies?* et ille ad eum inquit: *Non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies* (*Matth. xviii.*, 22). Quoniam multantem sunt qui suas injurias tarde relaxant, Dei vero cito indulgent? Itaque non nunquam ut occasione Domini iurias vindicandi, suas vindicent irati.

33. Quid queque de illis dicendum est qui furore cæcitus usque ad verba prodeunt maledictionis, nisi hæc quod Apostolus ait: *Neque maledicti regnum Dei possidebunt* (*I Cor. vi.*, 10)? quod Jacobus exaggerando detestans ait: *Linguam nullus hominum dormire potest, inquietum malum, plena veneno mortifero, in ipsa benedicimus Deum, et Patrem, et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei faci sunt, ex ipso ore procedit benedictio, et maledictio* (*Jac. iii.*, 8). Non op ruit, fratres mei, hæc ita heri; nunquid lous ex eodem foramine emanat dulcem et amaram aquam? hæc de causa alibi etiam dicitur: *Mors et vita in manibus lingua* (*Proverb. xviii.*, 21).

34. (*Protervia*) Nunquid stultis, non quod insensatis ac bruis animalibus lenia verba, et non magis asperri-
ma (ut tales dece), dum delinquunt, obicienda sunt?

35. (*Mansuetudo*) Non tua in his persuasio, sed Apostoli secundum est præceptio, qui de hac sententia dilectorum discipulorum admonet dicens: *Seniores ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut sorores in omni castitate* (*I Tim. v.*, 1, 2). Et rursum: *Seruum* (inquit) *Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripiensem eos qui resistunt veritati* (*II Tim. ii.*, 24, 25).

36. Rursumque: *Argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina* (*II Tim. iv.*, 2); quod videlicet malum per tervitatem deterius adhuc surditis quam praefatis nocet; saepius enim contingit ut leniter ac cum charnatis dulcedine prolatam correptionem spernant,

37. *Inveniuntur; al., innuitur.*

38. *De cordibus vestris; al., omittunt.*

39. *Et amabit te. Apud sanctum Ambrosium non nulla lie adduntur.*

40. *Qui Christiano nomine censiti; apud sanctum Augustinum, qui Christiana fide censentes, et sup-*

A et contra humilitatis verba despectionis emittant jacula; unde scriptum est: Qui arguit derisorum, ipse sibi facit injuriam (*Proverb. ix.*, 7, 8). E contra de illo qui per increpationem proficit dicitur: *Argue sapientem, et amabit te.*

37. (*Tumor* :) Testem habes Deum in cœlis, non tibi sit cura quid de te suspicentur homines in terris.

38. (*Huius satisfactio* :) Non est danda detrahendi occasio, nec susurrandi suspicio; sed si sunt, **214** quæ corriganter, manifestanda; aut certe si desunt, humili protestatione neganda, quia et Apostolus admonet nullam occasionem dare diabolo maledicti gratia (*I Tim. v.*, 14); quod et in illis detestatis est qui, Christiano nomine censiti, in idioti ad comedendum recumbentes; et quoniam idolum pro nihilo ducentes, immolata quasi innocios vibos sumerent, infirmas tamen fratrum conscientias per hoc factum ad nefandos idolorum ritus trahabant (*I Cor. viii.*, 4).

39. (*Tristitia* :) Quid habes unde gaudeas, cum tanta uala de proximis portas? perpende, cum quo incoerore omnes intuendi sunt, qui in tanto contra te amaritudinis felle versantur?

40. (*Spiritualis gaudium* :) Geminam esse tristitiam novi, imo duas esse tristitias novi; unam, scilicet, qua s'locum, alteram qua perniciem operatur; unam que ad pœnitentiam trahit, alteram que ad perditionem perducit. Tu quidem una ex ilis esse cognosceris, sed omnino quæ mortem operaris; non est igitur in his contristandum, que suades, sed contra magis gaudendum in his quæ neclum intelligis, quia et dator gaudi perennis dixit: *Cum persecuti vos fuerint homines, et derident omne malum adversum vos, mentientes propter nomen meum, gaudete in illa die, et exultate; ecce enim merces vestra copiosa est in cœlis* (*Matth. xv.*, 11). Menemus quia nosira religio culmina: Apostoli ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu, et ut uenietiam pati (*Act. v.*, 41); nullus ergo maior s'locus esse debet, ubi tanta letitia succedit.

41. (*Torpor et ignava* :) Si lectioni continuo studio semper insistis, oculorum caliginem incurvis; si indesinenter laeturas fundis, ipsos eviam oculis amitis; si pro te latis vigiliis psalmorum censum persolvis, insaniam capitis aequiris; si quotidiano te confici labore, ad opus spirituale quando conserges?

42. (*Exercitium virtutum* :) Quid tibi adhuc proferenda tam longa temporum promittis spatia? numquid scis si erastina vives die? imo etiam si vel unam horam in hac vita facias? An forte mente excidit quod Salvator in Evangelio dicit: *Vigilate, quia nesciis diem, neque horam* (*Math. xxv.*, 13)? Quapropter dicens torporis iheriam, semperque memento quia regnum cœlorum non tepidi, non molles, non desides, sed violenti atque ferventes diripiunt.

43. (*Dissoluta ragatio* :) Si Deum esse ubique credis, cur unum singulariter locum, quo tanta mala perpetrator entolis, et ad alia potius non transis?

44. (*Firma stabilitas* :) Si ita est ut asseris, quia ubique Deus esse fateris, ergo nec iste locus deserendus est, quem fugere appetis, quia et in ipso Deus est. At, inquit, meliorem inquiro, meliorem invenio; sed respondeo: *Nunquid meliorum aut etiam talium invenies, qualem diabolum et hominem perdidisse cognoscis?* nemor esto ita que quia primus angelus de cœlo ruit, et primus homo de paradiso expulsi ad æternum hujus sæculi perenit (*Gen. iii.*, 23). Attende quia Lot exercitio malorum probatus inter Sodomitas **215** sanctus fuit,

plent Maurini idolum nihil esse. Quod non placet. Alii, qui Christiana fiduciam censentes; apud sanctum Leonem, qui Christianam fidem censentes.

40. Forte mærori locus.

42. Apud sanctum Augustinum, discute corporis

in monte vero securitate torpens inebriatus cum si-
liabus peceavit (*Gen. xix*); quod videlicet vagationis
tedium adhuc alteram speciem reddit, dum quosdam
etiam in uno loco perseverantes a spiritualibus re-
trahens, vel terrenis negotiis implicare, vel rebus
viliissimis satagit occupare, contra dicta Apostoli
pertrans, qui ait: *Nemo militans Deo implicat se
negotiis sacerularibus, ut ei placat cui se probavit* (*II Tim. ii, 4*). Et rursum: *Sine intermissione orate, in
omnibus gratias agite* (*I Thess. v, 16*).

45. (*Desperatio* :) Quæ et quanta commisisti?
quam gravia crimina? quam innumera delicta?
et tamen in melius needum vitam mutasti, nec-
dum conversationem utiliter correxisti; cetero enim
(ut cernis) mala semper consuetudine obligatus te-
neris, conaris exsurgere; sed peccatorum oneribus
pragravatus relaberis. Quid ergo agendum est,
quando de præteritis certa damnatio imminet? de
præsentibus emendatio nulla succurrerit? nisi ut ad-
mittantur rerum temporalium voluptates, dum conse-
qui nequeunt futuri sæculi oblectationes.

46. (*Spe fiducia* :) Si de criminibus agitur et de
lictis, ecce David adulterio reus simul et homicidio
de inferni fauibus Domini misericordia describitur
liberatus (*II Reg. xi*). Ecce Manasses omnium pec-
catorum nefandissimus, impurissimus, ac sordidissi-
mus, illecebrosissimus quoque, per poenitentiam
tamen de morte ad vitam rediit (*II Paral. xxxiii, 12*).
Ecce Maria Magdalene, innumeris peccatorum sor-
dibus inquinata, ad fontem pietatis anxia currens,
Dominique vestigia lacrymis rigans, capillis deter-
gens, deosculans quoque, et lambens, unguentoque
ungens ablui promeruit (*Luc. vii, 37*).

47. Ecce Petrus, negationis sua vinculis astricetus,
amarissimis lacrymis infidelitatis nodos resolvit
(*Luc. xxii, 62*). Ecce simul seditione et effusione
fraterni sanguinis latro obnoxius unius horæ mo-
mento unaque confessionis voce de cruce ad paradi-
sum transit (*Luc. xxiii, 42*). Ecce Paulus Ecclesiæm
Dei persequens multos pro nomine Christi perimens,
et, ut ita dixerim, martyrum eruore totum se inflati-
ensis, apostolus factus, in vas electionis est commuta-
tus (*Act. ix, 4*).

48. Ubi ergo tot tantaque præcedunt exempla,
dent locum desperationis mala colloquia; cum etiam
scriptum sit: *In quaunque die conversus peccator
ingenuerit, sa'rus erit* (*Ezech. xviii, 21*). Et rur-
sum: *Nolo mortem impii, dicit Dominus* (*Ezech. lxi, 11*). De conversatione in melius needum mutata
quid aliud respondeam, nisi ut quod heri quisque
non egit, hodie agat, dum adhuc vivere licet, nec
diferat de die in diem (*Ecli. v, 8*), dum nescit
si vel unam correctionis habeat diem, semper-
que pro viribus desuper acceptis pravæ consuetu-
dini resistens dient mane et vespre: *Nunc coipi,
hæc est mutatio dexteræ Excelsi* (*Psal. LXXVI, 11*).

49. (*Lupidas* :) Valde sine culpa es, quod quæ-
dam habenda econcipies, quia **216** non multipli-
cari appetis, sed egere pertimescis; et quod male
alios retinet, ipse melius expendis.

50. (*Mundi contemptus* :) Ista nec apud homines
sæculares sine periculo vel offensione procurantur,
quis quanto quisque amplius habere cooperit, tanto
amplius habere concupiscit; siisque ut modum in
concupisendo non habeat, dum innumeris hujus
sæculi curis deseruire festinat. Ut enim ait Scriptura:
Avarus pecunias non implebitur (*Ecli. v, 9*). Quæ
nimur quæ sit detestanda, Paulus indicat, dicens:
Et avaritia, quæ est idolorum servitus (*Coloss. iii, 5*);

*inertiam... violenti, rimque facientes. Maurini conju-
giant, execute pro discute.*

45. Consequi. Ita etiam alii passive.

46. Peccatorum sordibus. Al., fornicationum sor-
dibus.

48. Dent locum. Apud Ambrosium, non dent locum.
Maurini observant, dent esse pro cedant. Pro verbis

A quam sit noxia, idem exponens ait: *Qui volunt
divites fieri, incidunt in tentationem, et in lagunam
diaboli, et desideria multa, et nociva, quæ immer-
gent homines in interitum et perditionem* (*I Tim. vi, 9*); quæ sit detestanda, quidam sapiens denuntiat,
cum dicit: *Avaro nihil est scelestius* (*Ecli. x, 9*);
quæ sit noxia, Jacobus aperit, dicens: *Agite,
nunc divites, plorate utulantes in miseris que
adveniunt vobis; divitiae vestrae putrefactæ sunt; ves-
timenta vestra a tineis comesta sunt; aurum et argen-
tum vestrum æruginavit, et arugo eorum in testimo-
nium robinis erit, et manducabit carnes vestras sicut ignis* (*Jac. v, 1*).

51. Sed nec Redemptor noster præterire voluit
cupiditatis malum quam noxiū esset, ait enim: *Difficile
qui pecunias habent in regnum Dei introibunt* (*Matth. xix, 23*). Et rursum: *Facilius est camclum
per foramen acus transire, quam divites in regnum
cælorum intrare* (*Marc. x, 23*). Si igitur sæcularibus
B viris ita est periculosa cupiditatis industria, quanto
magis illis periculosior est qui jam habitu et conver-
satione sæculares esse desierunt, qui totum quod
vivunt Deo devoverunt? ad qnos specialiter rede-
mptoris transeunt verba quibus destrui possit morbus
avaritiae: *Nolite (inquit) solliciti esse quid manducetis,
aut quid bibatis, aut quo operiamini: hæc omnia
gentes inquirunt; quæritе primum regnum Dei et
justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* (*Matth. vi, 31*).

52. O quam beata, o quam secura, o quam ample-
ctenda sententia! nullus in hac vita securus est ut ille
qui nihil præter Christum appetit possidere, cuncta
quaæ sunt necessaria sub hac sponsione probatur
habere, sicut Paulus ditissimus panper dicebat: *Tanquam nihil habentes, et omnia possidentes* (*II Cor. vi, 10*). Omnia itaque non superflua, sed tantum
necessaria, ipso confirmante ac dicente: *habentes
victum et vestitum, his contenti simus* (*I Tim. vi, 8*).

53. Dicis forte: ideo a sanctis religiosisque viris
C plura habenda sunt, ut melius ab ipsis quam a popu-
laribus erogentur Christi pauperibus. Et ego con-
sentio, sed prælatis, non autem suhditis, quos maxime
illud mulieris Lot exemplum deterret, quæ dum post
tergum a Sodonis exiens respexit, in statuum salis
conversa spiritum efflavit (*Gen. xix, 20*). Unde et
Christus tale quid præcavendum denuntiat, dicens: *Nemo mittens manum suam ad aratum, et respiciens
retro, aptus est regno cælorum* (*Luc. ix, 62*). Ille
Petrus ait: *Melius illis esset non cognoscere viam
justitiae, quam post cognitionem retrorsum converti ab
eo quod est illis traditum sancto mandato* (*II Petr. ii, 21, 22*). Contingit enim eis illud veri proverbi: *Canis reversus ad vomitum, et sus lota in volutabro
luti.*

54. Qui nimur avaritiae morbus nunquam
melius compescitur, nisi cum dies mortis sine obli-
vione meditator, et cum qualis post modicum in se-
pulcro futurus sit homo consideratur. Ille certe
fixum manebat in illius memoria qui dicebat: *Homo
putredo, et filius hominis vermis* (*Job. xxv, 6*). Ille
ab illius non recesserant corde, qui dicebat: *In
omnibus operibus tuis memorare novissima tua, et in
eternum non peccabis* (*Ecli. vii, 40*). Quid tunc rego,
quid tunc divitiae conservatae proderent? audi quid
dicit Job: *Nudus egressus sum de uero matris mee,
nudus revertar illuc* (*Job. i, 21*); et Apostolus: *Nihil
intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid pos-
sumus* (*I Tim. vi, 7*)?

55. (*Obduratio* :) Si ea quæ possides egentibus

*In quaunque die, etc., laudatur Ezech. xviii, 21, et
lxii, 11. Vide notam ad cap. 14 libri de Ordine crea-
turarum, num. 12.*

54. Apud Augustinum, audi quid: *Nudus... illuc;
audi quid, subintelleeto utrobius proderunt.*

55. *Absque pecunia al., absque penuria; sed illud
retinendum.*

tribuis, unde subjectos absque peccnia nutris? 56. (*Misericordia* :) Si Apostoli modum in hac parte teneris, utrumque perficere valebis; hinc enim idem ipse ad Corinthios ait (*1 Cor. viii, 12*) : *Si voluntas prompta est, ex hoc quod habet accep'ta est, non secundum id quod non habet; non enim ut alius sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate. In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supp'ementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est : Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non minoravit (*Exod. xvi, 18*).*

57. Hinc quidam justus prolein dilectam admonet, dicens : *Si multum tibi fuerit, abundantier tribue; si autem exiguum, et hoc ipsum libenter imp'ritre* (*Tob. iv, 9*). Hinc quoque incarnata Veritas dicit : *Venutamen, quod superest, date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis* (*Luc. xi, 41*). Audite, obdurate præcordia : *Judicium sine misericordia ei qui non facit misericordiam* (*Jac. ii, 13*). Quo contra per prophetam Dominus admonet, dicens : *Frange esurienti panem tuum, et egenos vagosque induc in domum tuum; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris (*Isai. lviii, 7*)*.

58. Memento quid purpurato diviti contigerit, qui non ideo damnatus est quod aliena abstulerit, sed quod egredi pauperi sua non tribuerit; unde et in inferno positus ad petenda minima pervenit, quia hic parva negavit (*Luc. xvi, 20*). Memento etiam quid ad sinistram positis iudex coeli dicturus sit : *Ite, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis ejus* (*Math. xxv, 41*). Et rursus : *Esurivi, et non dedisti mihi manducare; et extera que ibi terribiliter enumerantur.*

59. *Furtum et frans, quanquam gradus diversos habeant locutionis, unum est tamen quod dicunt.*

60. (*Furtum* :) Si aliena non tollis, ex proprio dives vel sufficiens esse non vales.

61. (*Fraus* :) Si cuncta que tibi prælatus servanda commisit illibata consignas, et nec modicum quid servandum existimas, unde vel propriis utilitatibus consulas, vel amicis et communitionibus placeas, non habebis.

62. (*Innocentia* :) Melius est esse pauperem et insufficientem, nullique ex dato placere, quam aliquem lacerare furto, vel fraude; qui enim aliena qualibet modo **218** injuste præcipit, ipse sibi regni coelestis aditum claudit; unde et prædictor egregius quosdam redarguit, dicens : *Omnino delictum est in vobis, quod judicia habitis inter v's; quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed vos injuriam facitis, et fraudatis, et hoc fratibus. An necessitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt (*1 Cor. vi, 7*)? Atque inter cetera subhingit : Neque fures, neque rapaces regnum Dei possidebunt.*

63. *Fallacia atque mendacium et ipsa orum dicunt; fallacia autem sit ingenio, mendacium vero simplici verbo, cum in non dando aliquem lacerare querit.*

64. (*Fallacia* :) Quid in petendo moras innectis? non habeo quod nisi tribuere possim. Celans utique in corde quod habet, vel quod sibi conservet, vel quod alii (si voluntas inest) tribuat.

65. (*Mendacium* :) Omnino quod postulas non habeo; licet non artificiose ingenio, sicut fallacia, sed simplici negationis verbo frustratur potenter.

66. (*Veritas* :) Nec artificiose ingenio, nec simplici verbo oportet decipere quemquam, quia qualibet modo mentitur quis, os, quod mentitur, occidit animam (*Sap. i, 11*), et omnibus mendacibus pars il-

57. *Quo contra. Modum hunc loquendi Ambrosio Antperito familiarem esse Maurini animadvertis.*

63. *Lacerare; al., illudere.*

64. *Quod habet; al., qui habet, vel quid habet.*

69. *Accuratores; al., lautores.*

75. *Alii, ille potius, qui rara et mala dicere pro-*

*A forum erit in stagno ignis ardantis sulphure (*Apoc. xxi, 8*).*

67. (*Ven'r's inguries* :) Ad esum Deus omnia munda condidit, et qui saturari cihi respuit, quid aliud quam muneri concesso contradicit?

68. (*Ciborum parcimonia* :) Unum horum quod dicas verum est; ne enim homo fame moreretur, omnia ad esum Deus munda creavit; sed ne comedendi mensuram excederet, abstinentiam imperavit; nam inter cetera sua mala saturitate, maxime panis, Sodoma periit, Domino attestante, qui ad Jerusalem per prophetam loquitur, dicens : *Hæc est iniquitas sororis tuae Sodomæ, saturitas panis (*Ezech. xvi, 49*)*. Quapropter sicut æger ad medicinam, sic ad sumendum das dapes debet quisque accedere, nequaquam sciillet in illis voluptatem appetens, sed necessitati succurrens.

69. Hinc incarnata Veritas per Evangelium ait : *B Attendite, ne graventur corda vestra crapula et ebrietate (*Luc. xxi, 34*)*. Contra de insatiablem Judeorum voracitate Ap'politus dicit : *Multi ambulant, quos sapientiam vobis, nunc autem et flos dico, inimici os crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt (*Philipp. iii, 18, 19*)*. Et rursus : *Esa ventri, et venter escis, Deus autem et hunc et has destruet (*1 Cor. vi, 13*)*. Ille autem plene hoc vitium superat, qui in sumendum dapibus non solum parcimoniam tenet, ut scilicet refectionem semper esuries imperet; verum etiam accuratores similes lautores epulas, excepta corporis infirmitate et hospitium susceptione, contemnit.

70. (*Inepta letitia* :) Ut quid animi gaudium intus abcondis? egredere in publicum laetus, dic aliquid foris, unde vel tu, vel proximi rideant, lac eos ketos tua letitia.

71. (*Moderatus mæror* :) Unde tibi est tanta leuius? nunquid jam diabolum viceisti? nunquid jam inferni poenas viceisti? nunquid jam de exsilio ad patriam venisti? nunquid jam de tua electione securitatem acceperisti? An forte in oblivionem venit quod Dominus dicit : *Mundus gaudebit, ros autem contristabimini, sed tristitia nostra vertetur in gaudium (*Joan. xvi, 20*)?*

72. An forte memoria excessit quod idem alibi dicit : *Vae vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis et fletibitis (*Luc. vi, 23*)*; quodque per Salomonem dicitur : *Risus dolore miserabitur, et extrema gaudii luctus occupat (*Proverb. xiv, 15*)*; et econtra per Evangelium : *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur (*Math. v, 5*)*; rursusque per Salomonem : *Nescit homo utrum amore an odio dignus sit, sed omnia reservantur in futurum incerto (*Eccle. ix, 1*)?* Comprise ergo inanem latitudinem, qui neclam evasisti penitentiam. Numne apud omnes insanus judicatur is qui in carcere tenebris reclusus gaudere conatur?

73. (*Multiloquum* :) Non reus ille tenebitur, qui plura quidem, sed bona loqui, sed ille, qui saltum rara, sed mala dicere probatur.

74. (*Discreta taciturnitas* :) Verum est quod dicas; sed dum multi bona proferre videntur, saepe continget ut a bonis locutio inchoata ad aliquid pravum derivetur, hoc ipsum sacra Scriptura pronuntiante, *quia in multiloquio peccatum non deerit (*Proverb. x, 19*)*. Et si forte inter innunora verba declinantur criminosa, sed nunquid declinari poterunt inotilia atque otiosa, de quibus utique ratio erit in futuro reddenda? Teneamus ergo est modus id loquendo, et ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parendum, sie-

batur.

74. *Inchoata; al., inchoans, Maurini observant congruere regulæ sancti Benedicti, cap. 6, quod hic diciunt, ab ipsis nonnunquam utilibus verbis parendum.*

ut heatus Psalmista legitor fecisse, dicit enim : *Huius miliatus sum, et sicut a bonis (Psalm. xxxviii, 5).*

75. (*Immunditia :*) Non est grande facinus sine concubitu maris et feminæ, vel propriis vel alterius inquinari manibus.

76. (*Carnis integritas :*) Non sic ait Apostolus. Quid ergo ait? Neque immundi (inquit) regnum Dei possidebunt (I Cor. vi, 9).

77. (*Luxuria :*) Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignoras? acceptum tempus in desideriis perdere non debes, quia quam cito pertranseat nescis; si enim Deus misceret hominem in voluptate coitus noluisset, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset.

78. (*Castitas illibata :*) Nolo ignorare te flagas quid post hanc vitam recipias; si enim pie et caste viviris, sine fine gaudebis; si vero impie et luxuriose, aternis incendis subjacebis. Inde autem eo castius vivere debes, quo quam cito tempus acceptum pertranseat ignorare te dicas. Quad vero in exordio generis humani ad hoc masculum et feminam Deum creasse prolieris, ut mutuis amplexibus se miscere deberent, omnino verissime dicens; sed quia nubendi licentia quibusdam tribuitur, hoc est, qui virginatatem vel castimoniam vidualem nequaquam professi sunt, quibusdam autem non tribuitur, id est, qui virgines, vel continentes esse decreverunt; fornicatio vero quia nulli impune conceperunt non attendit.

220 79. An contemnendum putas quod Apostolus lubricis dicit : *Fugite fornicationem: omne enim peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat?* Quod si hoc parvipendendum existimas, audi quod postmodum in sempiternum deplores et gemas : *Neque adulteri (inquit), neque fornicarii, neque masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt.* O quam parva est concubitus hora, qua perditur vita aeternalis! quod ergo emolumenatum affect corpori? quodve tribuit lucrum, quod tacito animam ducit ad tartarum?

80. (*Spiritualis fornicatio :*) Nunquid damnandum aliquid agit is qui in corde libidini consentit, et ad opus libidinis non pertransit?

81. (*Munditia cordis :*) Omnino delinquit qui anime castimoniam non custodit; unde et auctor munditiae in Evangelio dicit : *Qui viderit mulierem ad concipendum eam, jam macchatus est eam in corde suo (Math. v, 28).* Unde et per beatum Job dicitur : *Pepigi fædus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine; quam enim partem haberet Deus in me desperat, et hæreditatem Onnipotens de excelsis (Job. xxxi, 1, 2)?*

82. Nisi enim auctori nostro cogitatione pravi consensus displiceret, nequaquam per Isam diceret : *Aufeite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis (Isai. i, 16);* et in Evangelio Pharisæis : *Ut quid cogitat mala in cordibus vestris (Math. ix, 4)?* sed nec Apostolus diceret : *Cogitationum inter se incicem accusantium, aut etiam defendantium, in die qua iudicabit Dominus occulta hominum, secundum Evangelium meum, per Iesum Christum (Rom. ii, 15).*

83. (*Appetitus sæculi præsentis :*) Quid pulchrus? quid honestus? quid venustus? qui rive potest esse delectabilis, quam quod in presenti vita quotidie cernimus? O quam mirabilis cœli camera in aere jucundo, in lumine solis, in augmendo lunæ atque de-

79. *Vita aeterna; al., vita futura.*

81. *Unde et per beatum Job; al. Quo contra per beatum Job, ut supra, n. 57.*

85. *Ei bostris; al., et bostrionibus; al., et in bonis.*

86. *Quid enim mihi est in cœlo; al., quid mihi restat in cœlo. Vulgata, Deum fortè vivum.*

87. *Hostis nostri, etc. Al. hostis nostri fornicantis castra monstrati; al., hostis nostri formidatio magna facia est; castra enim, etc. Apud alios non ita limitur*

Afectu, in varietate stellarum et cursu! Quam oblectabilis terra in nemoribus floribus, in fructuum suavitatis, in pratorum rigorumque amenitatis, in segetum culmis luxuriantibus, in vinearum foliis et botris plenis palmitibus, in umbris silvarum et planis exitibus, in equorum et canum cursibus, in cervorum et capreorum saltibus, in accipitrum volatibus, in pavonum, columbarum, turturnque et omnigenarum avium vocibus, penoris, et collis, et in dominorum pictis munis, et laquearibus, in organorum omniumque musicorum instrumentorum tunulis cantibus, in muherum venustis aspectibus, earumque supercilii, et crinibus, oculis, et genis, giture, et labiis, noso, manibus, atque extrinsecus adhibitis auro et gemmis distinctis monilibus, postremo innumeris ecclie et terræ, atque maris, varietatibus, nec non et utilitatibus, et si qua sunt alia, quæ modo non recedit sensus!

84. (*Amor patriæ cœlestis :*) Si te ista delectant, quæ sub cœlo sunt, cur non magis delectant ea quæ super cœlo sunt? Si carcere ita pulcher est, patria, civitas, domus qualis est? Si talia sunt ea quæ colunt peregrini, qualia sunt quæ possident filii? si mortales et miseris in hac vita taliter sunt remunerati **221**, immortales et beati qualiter sunt in illa vita ostendandi? Quapropter recessat amor præsentis sæculi, in quo nullus ita nascitur, ut non moriatur; et succeedat amor sæculi futuri, in quo sic omnes vivificantur, ut deinceps non moriantur, ubi nulla adversitas turbat, nulla necessitas angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis letitia regnat.

85. Si queris quid ibi sit, ubi tanta et talis beatitudine persistat, alter die non potest, nisi quidquid boni est ibi est, et quidquid mali est ibi nosquam est. Quod (inquis) bonum est illud? quid me interrogas? A propheta et Apostolo definitum est : *Quod oculus (inquit) non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparavit Deus diligenterbus se (Isai. lxv, 4; I Cor. ii, 9).*

G 86. Ad hanc felicitatem multis sæculi divititis compstipatus David anhelabat, cum diceret : *Quid enim mihi est in cœlo? et a te quid volui super terram (Psal. Lxxi, 25)?* Multis regalibus dapibus abundans, dicebat : *Satiabor, dum manifestabitur gloria tua; sitiuit anima mea ad Deum fontem vivum; quando veniam et apparebo ante faciem Dei (Psal. xli, 3)?* Tertiusque : *Heu me! quia incolatus meus prolongatus est (Psal. cxix, 5)! Hinc Paulus : Cupio dissoluti et esse cum Christo; multo enim melius (Philipp. i, 25).*

87. His ita decursis, quanquam multa præteriuerimus, tamen, ut mihi videbor, hostis nostri fortia castra monstravi, quæ pie viventes in Christo Iesu non desinunt impinguare. Sed nequum his contentus diaho us ad alia convertitur arguimuta, dum quibusdam insomnis sapientis vera pronuntiat, ut eos quandoque ad falsitatem pertrahat; cum dormientes ante horam vel tempus suscitat, ut eos vigilarum tempore somno gravissimo deprimit; cum psallentes atque orantes sibi stridentibus, latratibus diversis, et inconfundibili vocibus, jacis etiam lapidibus, vel sternoribus, perturbat, ut eos quobet pacto a spirituibus operibus retrahens inanem efficiat. Tu autem, homo Dei, vigilanti studio atende que dico, ipsis adjuvante qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

opusculum, ut apud Isidorum in Editione Grialii, quam sequimur. In nonnullis MSS. attende quæ dico, et veritati quæ te vocat, et blande admonet, fidem præbet. Plura alia adduntur apud sanctum Augustinum, et sanctum Leonem, et in nonnullis MSS. sancti Isidori, quæ in Isidorianis, cap. 84, num. 23 et seqq., ex Constantino Cajetano exscripta sunt. De quo epilogo quid ego sentiam videri potest eod. cap., num. 54 et seq.